

## De probatione

pro causis minoribus et pphaniis fiat quotidie aliorum conuentio. Rursus oportet quod filius procedendi theologicus obseruetur non litigiosus aut pphanus. Super qua re alibi scriptum reperitur amplius.

**Decima.** In expugnatione tali viderentur idonei esse quantum ad expugnationem doctrinalem/theologiam vniuersitatum illarum que non debent a dominia bohemiis et odio vel inuidia haberi rationabiliter suspecti. et quos consistere potest in alijs materijs sinceriter et veraciter et constanter hactenus decertasse sine nota heresis vel erroris in alijs materijs. Et ad hoc non dubium est parati sunt inter ceteros/theologi et alia vniuersitate parisiensi. qui magno in numero presentes sunt in hoc concilio. Sunt et alij vniuersitatibus preclaris tam numero quam merito/theologi precellentes.

**Unde** dicunt eorum plurimi qui super hoc fuerunt simul congregati quod consuetudo licite et rationabiliter fuerit introducta. et non coicando laicos sub vtraque specie. postquam post multiplicationem fidelium. Et hoc propter emutationem multiplicis periculi irreuerentie et scandali circa susceptionem huiusmodi benedicti sacramenti. primum periculum in effusione. Secundum in deportatione de loco ad locum. Tertium in vasorum sordidatione que deberent esse sacra nec passim tractata vel tacta a laicis. Et multominus deberet vinum consecratum vendi a pociis/sicut fit apud tales ut dicitur. Quartum in barbibus laicorum. Quintum in conseruatione pro infirmis quoniam possit in vase acetum generari et ita defineret. ibi esse sanguis christi nec suscipiendum esse nec nouiter consecrandum sine missa. Et fieri posset quod daretur acetum purum pro sanguine christi. addito quod in estate bibiones aut musce generarent quantumcumque esse vas clausum. quoniam etiam putresceret aut fieret velut abominabile ad bibendum. et hec ratio est efficax valde. Et ex alia ratione quam alij multi prohibissent. Et queritur in quo vase fieret consecratio tanti vini/quantum requireretur in pascate pro decem aut viginti milibus personarum. Sextum damnum esse in sumptuositate vini/saltem apud multas partes in quibus vix inuenitur vinum ad celebrandum. et alibi chare comparat. Et est

preterea periculum in congelatione. Et rursum periculum in false credulitate inductione. et hoc multipliciter. Primo quod tanta esset dignitas laicorum circa suspensiones corporis christi. sicut et sacerdotum. Secundo quod hoc facere semper fuit et est necessitas/et ita perierunt oes et pereunt aliter sentientes facientes aut docentes. Et oes generaliter tam clerici quam doctores et prelati qui non possetenus opposuerunt se tali consuetudini/verbis scriptis aut sententijs et quod sacram scripturam omnes illi puererent. Tertio quod virtus huius sacramenti non est principalis in psecratione que in sumptione. Quarto quod ecclesia romana non rite sentit de sacramenti nec in hoc esse imitanda. Quinto quod concilia generalia et specialia Constanti errauerunt in fide et bonis moribus. Sexto multipliciter occasio esset seditionum et schismatum in christianitate nostra/sicut experientia nunc manifestat in bohemia/que seditione nondum ad spiritualem sed temporalem distipationem tendit nisi dei prudentia et regis romanorum prudentia prouideant et disponant.

**Finis tractatus aduersus heresim nouam de necessaria coicatioe laicorum sub vtraque specie raptim editus Constantie. Anno domini M. cccc. xvij. die. xx. Augusti.**

**Incipit tractatus eiusdem magistri Johannis de Beson de probatione spirituum.**

**P**robare spiritus si ex deo sunt/ iubet discipulus ille quem diligebat ihesus. Neque enim nesciebat illam coapostoli sui sententiam. Angelus sathane transfiguratus in angelum lucis/sic ut fiat demonium meridianum/dum pro tenebris enouum quas ad tempus celare permittit/luce veritatis clarum se fingit offerre. Patuit hoc apud sanctum martinum visibiliter. patet apud alios plurimos inuisibiliter/duo teste Bern. scilicet specie magni boni et ardui/grade peccatorum operit suggerit et inducit. Probare spiritus si ex deo sunt/non cuiuslibet datum est. sed alijs quibus per spiritum sanctum/qui vnus est stans diuisiones gratiarum distribuit singulis prout vult/ad edificationem corporis

chisti. qđ est ecclesia / cui nūq̄ defuit in ne-  
cessarijs. Sicut igitur / non omnīū est pro-  
phetare. nec euangelizare omnīū est / nec oī-  
um interpretari sermones. sed aliquorū ex  
officijsq; in finem seculi. Sic non omni-  
um est probare spiritus si ex deo sunt. sed  
quibus datum est. quales sunt spirituales  
quos vnctio docet d̄ omnibus / qui d̄ oī-  
bus iudicant etiam inter diem ⁊ dīe. **Qua-**  
**le donum beatus Martinus ⁊ Amboni-**  
**us ⁊ plures alij leguntur habuisse.** **¶ Pro-**  
**bare spiritus si ex deo sunt contingit mul-**  
**tipliciter. Vno quidem modo per moduz**  
**grīs ⁊ doctrine generalis / sicut per eruditi-**  
**onem sacrarum scripturarū / diligētī pioq;**  
**studio acq̄sitam. Sunt nimirū scripture**  
**in quibus putamus nos fidē habere con-**  
**tinentes ar̄tē / falsos p̄phetas a veris / ⁊ ab**  
**illusionibus reuelatiōis cognoscēdi. Ali-**  
**us inuenitur modus per inspirationē intī-**  
**nam / seu internū saporem siue per experi-**  
**mentālē dulcedinē quandam. siue per illu-**  
**strationem a montibus eternis / effugantē**  
**tenebras omīs dubitatis. hoc autem est**  
**manna absconditū ⁊ nomen nouū in cal-**  
**cilo scriptū / qđ nemo nouit nisi qui a cec-**  
**perit. hoc Greg⁹. in dialogo. hoc Aug⁹. in**  
**d̄ confessione de seip̄o ⁊ matre. hoc Aug⁹. in**  
**d̄ ara anime. cum pluribus alijs notaue-**  
**runt.** **¶ Probare spūs si ex deo sunt / p̄**  
**regulam artis generalē ⁊ infallibilem. p̄**  
**particulari casu aut nō potest / aut vir pōt**  
**humanitus fieri. s; requirit donū spiritus**  
**sancti. qđ ap̄tus nominauit discretionem**  
**spirituū / quo dono fit vt mens nedū in se**  
**⁊ de se sciat probare spūs si ex deo sunt. sed**  
**etiā de alijs ⁊ ī alijs nosc̄t. Dīc autē ē mo-**  
**dus tercius alius a p̄dictis p̄bandi spirit⁹**  
**qm̄ primus est doctrinalis. secundus ē expe-**  
**rimentalis. tercius officialis ex officio hier-**  
**archico atq; spūali dono concessus. Itaq;**  
**sicut nemo nouit que sunt spūs nisi spūs.**  
**Ita nemo cognoscāt infallibilī certitudine**  
**ea que per solā experimentālē noticiā vel**  
**sentimentū interius ⁊ sensū aguntē in alte-**  
**rius animo. Quēadmodū ergo tradere re-**  
**gulam generalē que distingueret infallibi-**  
**liter inter visionē somniāle ⁊ illā q̄ sit in vi-**  
**gilia / nullus facile posset / p̄pter varias sibi**  
**tudines inter vtrāsq; visiones. multo ma-**

gio in p̄posito. **Sic** nihilominus hō vigi-  
lans se certitudinaliter ⁊ experimentaliter  
videre q̄uis nō ignoret se habuisse ī som-  
nijs visiones valde vicinas ⁊ siles sive vigi-  
lie / adeo q̄ somniū suūz narrare somnian-  
do. qñq; videatur q̄uis dicat **Seneca** esse  
vigilantis somniū narrare **Sic** similē ho-  
mo spūalis in vigilia vere lucis diuine po-  
situs. videre se diuina que videt. vere senti-  
re / odorare ⁊ sapere. **Quare** / quia vigilat.  
**Potest** nihilominus recogitare et se v̄ ali-  
is q̄ non nūq̄ ponit in quodā somnio na-  
turalis cognitiōis / aut diabolicę illusiōis.  
qui dū sic se h̄ ⁊ quodā mō dormit ad di-  
uina putare pōt q̄ vigilet ad ea. sicq; falli.  
**Vidit** hec beatus **Greg⁹. asserēs spūs pro-**  
**phetarū / nō semp̄ eē in potestate v̄ distin-**  
**cta cognitiōe p̄phetarū. Probans** hoc per  
**Matban** qui ad **Dauid** cogitāte / edificare  
domū dei m̄dit. **Dom̄e** qđ est in corde tuo  
vade ⁊ fac. qm̄ dñs tecum est. **Quis** con-  
trariū ip̄a nocte reuelauit ei deus. **¶ Pro-**  
**bare spūs si ex deo sunt et primo mō** (qui  
magis est ad p̄positū vic; per scripturā sa-  
crā ⁊ eruditos bonos in eadē / q̄ d̄ p̄uers  
se viuētib; quale iudicium nisi p̄uersū  
⁊ illusorium reportare sperabim; ) **Prin-**  
**cipit** multipliciter ⁊ sufficienter q̄tum ad p̄-  
sentem spectat militiam / ⁊ ad statū cōmu-  
nem viatorum. **Qua** super re / nedū vnū ⁊  
ab vno / sed plures a diuersis tractat; com-  
positos inuenimus: quos nunc manuali  
habere fas eēt / ⁊ diligenter inspicere du; in  
hoc sacro concilio queritur tractari d̄ cano-  
nisatione sanctorum / ⁊ examinatiōe doctri-  
narum suarum p̄sertim vni; q̄ **Virgitta**  
nominatur assucta visionibus quas ne-  
dum ab angelis / sed a **Christo ⁊ Maria / ⁊**  
**Agnete / ⁊ ceteris sanctis familiaritate in-**  
**gi** sicut sponsus ad sponsam loquit; se as-  
serit diuinitus suscepisse. **¶ Est** autē vtro-  
biq; vel in approbatione vel in reprobatio-  
ne periculum. **Approbare** em̄ falsas ⁊ illus-  
souas aut frivolas visiones p̄uers et soli-  
dis reuelatiōibus / quid indignius / quid  
alienius ab hoc sacro concilio: **Reproba-**  
**re** vero nūc eas q̄ multifarie multisq; mo-  
dis / quaqua uersum / per diuersas nationes  
probate dicuntur / non parua exinde scan-  
daloz in xp̄iana religione ⁊ deuotione po-  
y 4

## De probatione

pulorum formidatio. Deniq; in ipso etiam silentio et dissimulatione. ex quo res in medium posita est; non nihil esse discriminis potest inescimus. Inuenire vero medium aliquid vel expedire inter hec extrema. laudabile quidem sit aut affectabile sit nec duz satis certimus exploratum. **P**robare spiritus per modum artis et doctrine; sicut tota deinceps versabitur intentio; nemo perfecte potest per solam sacre scripture eruditorem; qui non etiam expertus sit in semetipso variam affectionum spiritualium pugnam. tanquam ascendit nunc in celum; nunc descendit in abyssos; et videt mirabilia dei in profundo. **N**am qui nauigant mare hoc mysticum diuersarum affectionum quasi collidentium se fluctuum. enarrant mirabilia eius. **I**n expertis autem talium quid nouit eorum? **H**ic autem est quartus modus probationis spirituum. **A**terum puto differentiam inter homines quos loquimur; unum theologum; alterum contemplatiuum talem esse. qualis est inter peritum in arte medicine et inter expertum seu practicum in eadem; que duo posse conuenire in eodem nullus dubitauerit. **S**ic fit et fieri potest domino propicio; ut idem sit in scripturis sacris eruditus; qui simul in contemplationis exercitatione probatus est. **H**unc vero talem habere uult materia presentis. sicut alias scripsisse dum de tractatu quodam spiritualium nuptiarum sermo fieret meminimus. **P**robare vero spiritus isto modo doctrinaliter; dum querimus in alienis personis; quarum corda neque uideri neque scrutari datur. oportet ut ab operibus signa sumamus dicente christo. **A** fructibus eorum cognoscet eos. **F**allit tamen unum signum vel paucum si non in unum plura conglobauerimus. Ita enim tradit **L**ullius. ita **B**oetius. ita **A**ristotelis in coniecturali causa faciendum. **S**ed quam infinita est quidem huiusmodi signorum confusio; coartemus ad pauciora et dicamus sub hoc metro. **T**u quis. quid. que. cui. qualiter. unde require. **Q**uis est cui fiat reuelatio. **Q**uid ipsa continet et loquitur. **Q**uare fieri dicitur. **C**ui pro consilio detegitur. **Q**ualiter uinere; et unde uenire reperit. **P**robatio spirituum dum queritur fieri; consideretur in primis persona suscipiens uisiones si sit boni et discreti iudicij; rationis natura;

lis; quia leso cerebro turbatur iudicij rationis. **S**i lesum fantasias patitur non magno opere querendum est a quo spiritu ueniant melancolicę illusorieque uisiones et patz in freneticis; in egrotis uariis; qui vigilantes se talia uidere putant. audire gustare etc. quę lia somniantes patiuntur. **H**abz preterea quę libet passio profunderata; suam lesionem; suam ebrietatem. suamque **O**rigenes loquitur demonium. **P**atz in philocapeli; in zelotypis; et iracundis. in inuidis et auaris. **T**u poeta. **A**n qui amant sibi somnia fingunt. **Q**ueritur ergo si persona sit noxia in zelo fidei; quia nouitius feruor cito fallitur; si regere caruerit; presertim in adolescentibus et feminis; quarum est ardor nimius. auidiens. uariis. effrenis. ideoque suspectus. **R**ursus plurimum refert attendere qualis sit et fuerit persona. qualiter erudita. quibus assuetata. quibus delicata. cum quibus conuersata si diues; vel egena? **I**n prima superbia vel secretam uoluptatem. in altera fictione tenuimus. **H**oc super omnia conueniet obseruare ne lateat interior; superbia spiritualis quam **B**ernardus uere notat subtile malum; quoniam et hec est humilitione sua nascitur de sordibus; et alio de ieiunijs et uirginitate. imo de sua morte suoque contrario trahit originem. **Q**uid igitur erit tutum a superbia; cum nec ipsa uirtus tuta sit ab ea? **E**st autem superbia quedam in intellectu dum non uult subijci alieno iudicio; sed meretur proprio. **Q**uedam in uoluntate; dum renouit obedire. et hec citius deprehenditur ideoque facilius corrigitur quam prima. **P**robatio spirituum respicit nedum personam que uisiones patitur. sed uisionum qualitatem; si uera sunt omnia; etiam usque ad minimum oppositionem. quoniam in spiritu ueritatis falsitas non est. in spiritu autem mendacij. mille quandoque sunt ueritates aperte; ut in unica latenti falsitate decipiat. **H**ac ratione prohibuerunt a testimonio ueritatis quam faterentur; christus demonicos et paulus phitonissas. **S**i preterea sit in uisionibus sapientia; que est sursum est cum suis titulis quos iacobus enumerat. primum inquit pudica est. deinde pacifica modesta. inuadibilis. bonis consentiens. plena misericordia; et fructibus bonis. iudicij

etans sine simulatione. Si rursus excedant  
 he visiones comunem intelligendi modū  
 vel in scriptura sacra positum/vel in ratio-  
 ne naturali vel morali collocatum. quia si  
 non videretur illud ascribi frustra reuelati  
 oni. Qd in scriptura semel locutus est deus  
 sicut iob loquitur idipm nō reperit. **V**ne-  
 rosum quippe eēt ne dicamus vanum vi-  
 siones super visiones in inensum multi-  
 plicatas debere recipere tanq̄ ab ore dei p-  
 latas/acinde certissima fide credēdas. Sic  
 q̄ demū nostra fides nostraq; religio quā  
 deus teste **Augustino**/voluit sub paucis-  
 simis contineri articulis/ redderetur plus  
 absq; vlla comparatione q̄ lex vetus one-  
 rosa. **H**inc dare memorie magister **Ben-  
 nardus** d̄ bassia comprimendā eēt tot homi-  
 num canonisationem scripsit. **H**inc alia  
 ratio sumitur/q̄ omisso diuinarū scriptu-  
 rarum studio/magna pars christianorum  
 ad has visiones ideo placentiores. quia re-  
 tentiores conuerterent oculos z aures pri-  
 uentes sicq; necāria nescirent. quia iux̄ **Se-  
 necę** verbum/supvacua didicissent. **S**int  
 oportz in omni reuelatione **Moyse** z **he-  
 lyas**/ hoc est s̄m venerabilem **Richardus**  
 testimonia legis/ z pphetarum/ per totum  
 alioquin suspecta est. **E**t inde fit pspiciuz  
 q̄ necessarij sint theologi in canonisationi-  
 bus sanctorum/ z examinatione doctrina-  
 rum. **P**robatio spirituum requirit/ **X**  
 vt persona cui visioes huiusmodi recā-  
 tantur/ habeat se prudenter z cautiſſime. p-  
 sertim in principio consideret acriter quas  
 re mouetur hec persona secretum suū pan-  
 dere. super quo fiet ista cōsideratio. **C**ave  
 ergo quisquis eris auditor aut consultor.  
 vt nō applaudas tali persone. nō obinde  
 laudes eam. nō mirens quasi sanctā/ di-  
 gnāq; reuelationibus atq; miracul. **P**b-  
 sisse potius. increpa dure. sperne eam. cui  
 sic exaltatū est cor. z elati sunt oculi/ vt am-  
 bulet in magnis z mirabilibus super se/ vt  
 digna sibi videatur que non humano alio-  
 rum more operetur salutem suam/ per do-  
 ctrinam saliciz scripturarum z sanctorum/  
 cum dictamine ratiōis naturalis/ nisi con-  
 silium habere presumat/ z putet neduz ab  
 angelis sed a deo/ nedum semel in necessi-  
 tibus/ sed pene iugiter/ velut in quotidi-

anis colloctionibus. **T**alē admone non  
 sublime sapere. sed sapere ad sobrietatem.  
 quoniam verissime ait qui dixit. **S**upbia  
 meret̄ illudi. z eo dignius/ quo instar pha-  
 risei latentem herentemq; ossibus superbi-  
 am/ sicut nec phisicus febrilem calorem/ su-  
 perbus attendit. **Q**uid em̄ facilius q̄ se vi-  
 lissimum peccatorem dicere. sed veraciter  
 simplici terq; ita sentire ex intimis/ hoc di-  
 uini munens. non humani solius exerci-  
 tij. **E**narrantur exempla sanctorum patrū  
 qui curiositatem huiusmodi visionum vlt  
 miraculorum perniciosissimam fallacissi-  
 mamq; refugerūt. **A**qua se **Augustinus**  
 liberatum in suis confessiōibus gloriatur  
 in domino. quam p̄terea dñs **Bonauen-  
 tura** abhorendam nimis eēt determinat.  
 totoq; conatu repellendam. nunc oratiōi-  
 bus. nunc increpationibus/ seu flagellatō-  
 nibus pp̄ie mentis z corporis. exemplo il-  
 lius qui vt temptacione careret superbie/ q̄  
 fuit z obtinuit a domino/ vt per tres men-  
 ses demoniaca vexaretur obsessiōe. **A**lter  
 sanctorum patrum dum sibi d̄: mon trans  
 figuratus in christum diceret **E**go sū chri-  
 stus personaliter te visitans: quia dign⁹ es  
 confessum clausit oculos vtraq; manu/ vo-  
 ciferans. **N**olo hic christum videre. satis  
 est ipm in gloria si videro. moxq; disparu-  
 it. **A**lter sub alijs verbis similem in hu-  
 iusmodi illusionē seruauit humilitatē. **E**t  
 de inquit ad quem missus sis. ego certe ta-  
 lis non sum qui dign⁹ sum hic videre chri-  
 stum. **A**lterum quia nolebat intrare tem-  
 plum/ dicens sibi satis eēt. quia oculis cor-  
 poris asperisset christum. colligauerūt ca-  
 thenis. soluere ieiuniū. carnibus vesci. vi-  
 numq; bibere compulerunt. sicq; timore  
 compresso sanat⁹ est. **O**pponet forsitan  
 aliquis ex apostolo inbete. **N**olite inquit  
 spiritum extinguere. **S**i sit ergo visio a spi-  
 ritu s̄cto/ que nihilominus repellitur/ qd  
 hoc est nisi spiritui sancto resistere/ suamq;  
 nascentem gratiam suffocare? **S**ed profes-  
 cto spiritui sanctus/ qui se dat humilibus/  
 nequaq; ex humiliatōne quam p̄dicimus  
 se subtrahet. **I**ntrabit potius/ z in benepla-  
 cito suo deducet victor super excelsa aiām  
 hanc in oculis suis vilem/ z absq; vlla ri-  
 ga fictionis humilem z simplicem. **P**ote

## De examinatione

ro dia nō potest / q̄tum hec curiositas / vel  
cognoscendi futura ⁊ occulta / vel miracu-  
la videndi / vel faciendi / sefellit plurimos ⁊  
vera religione frequenter auerterit. hinc  
superstitiones in populis que religionem  
iniciūt xp̄ianā / dū sicut olim iudei sola si-  
gna querunt. dum imaginibus exhibēt la-  
tric cultum. dum insuper hominibus nec  
dum canonisatis scripturis quoq; nō au-  
tenticiis / plusq; sanctis in euangelio p̄stāt  
fidem. **P**robatio spiritū cōsiderat q̄-  
re fieri dicuntur visiones presentim quo  
fine / nedum proximo. nedum aperto / s; oc-  
culto ⁊ longinquo. **P**otest itaq; finis p̄-  
mus apparere bonus ⁊ salubris ⁊ deuor<sup>9</sup> /  
ad edificationem aliorum qui tandem pe-  
labetur in multiplex scandalum / dū v̄l nō  
respondebunt vltima primis / vel aliud fal-  
sum fictumq; deprehēdetur in p̄sonis fuis-  
se / qd̄ reputabatur sanctitatis ⁊ deuotiōis  
Docuit hoc etas nostra / d̄ predicatōnibus  
dominorū Johannis d̄ varennis. et Jo-  
hannis bus ⁊ similitū. Rursus dum aliqd̄  
fieri potest per humanā industriā. sit hoc  
in vita. sit in doctrina. quare necesse est vel  
querere vel expectare diuinam celitus allo-  
cutionem. **H**oc nempe temptandi dei q̄  
honoratiōni apparet similius. **L**eterum si  
nis attendēdus est quare sit cōmunicatio  
taliū visionum alteri persone. vtrum ad  
ostentationem vel ad necessitatem / vtrum  
ad dandum vel recipiendum consiliū. vtz  
fiat experto v̄l inexperto talium. q̄ si vide-  
atur hec persona querere tm̄modo consiliū  
um ne fallatur / videndū est si paratam se  
monstrat obedire cōsilio / alioquin iam de  
curatōne vix spes erit. quoniam vt dicit Jo-  
hannes d̄ machab<sup>9</sup> / non iam eget demone  
temptante se / quia factus est sibi demon.  
**A**t vero dicit aliq; hec idcirco persona  
non credit alieno iudicio / quia d̄ suo certa  
est per reuelationem intinam et secretam.  
**S**ed profecto non est diuisionis deus vt  
viri menti se reuelet vnum ⁊ per alterum  
similiter timentem eum / vt dicat vnū con-  
trarium. Itaq; si visio ex deo fuit non dis-  
sipabitur in humiliante se sub alieno iudi-  
cio propter deum / sed vigorabitur ampli-  
us ⁊ vincet. **Q**uo circa tradimus p̄ cau-  
tela / q̄ in huiusmodi visionibus / nedū su-

spensum teneatur iudicium exemplo bea-  
ti Ambrosij ⁊ Luciani presb yteri. **S**ed di-  
catur reuerenter cum Petro. **E**xi a me do-  
mine / quia peccator sum / quia vilis sum.  
quia visioibus tuis indignus sum / quas  
hic neq; quero. nec accepto. sed repello. sit  
in celo nō in hoc seculo visio tua / tota mer-  
ces mea domine de<sup>9</sup>. ⁊ sufficiat / quid ad me  
de visionibus tuis in hac vita. quid d̄ su-  
periorum meorū monitionibus. mitte po-  
tius obsecro quē aliquando missurus es.  
⁊ me mens spirit<sup>9</sup> humili regat obscuroq;  
loco. **A**ltera potest addi sup̄ huiusmodi  
visionibus recipiendis cautela / qualem d̄  
somnia tradidit vnus dicens. **S**i moniti-  
ones alique bone inquit fieri videantur in  
somnia / vel ex persona defunctorum / vel  
aliunde recipiantur. eas nō quasi somnia  
penitus abijciendo. neq; eis ex aduerso ve-  
lut autenticis vel diuinis adherēdo / reco-  
gūentur potius tanq̄ rememoratōes ali-  
quē ad faciēdum bona vel mala declinan-  
dum / iuxta somniorū qualitatē. **P**ro-  
batio spiritū cōsiderat qualiter ⁊ quo-  
modo persona que visiones se habere dicit  
conuersatur. an in secreto v̄l publico. an i  
vita actiua vel contemplatiua. an in deu-  
tione nimia que totam affect in vestimen-  
tis ⁊ ceteris. aut si cōmunem habet cōuer-  
sationem accōmodam his quibus commi-  
nit. **H**oc precipue cōsiderare necesse est si  
sit mulier / qualiter cuz suis confessoribus  
conuersatur ⁊ instructoribus. si colloca-  
tionibus intendit continuis / sub obrētū nūc  
crebre confessionis. nunc prolixē narratio-  
nis visionum suarum. nūc alterius cuius-  
libet confabulationis. **E**xpertis crede / no-  
minatim Augustino ac domino Bona-  
uenture. vix ē altera pestis vel efficacior ad  
nocendum v̄l insanabilior. **A**d si nihil ha-  
beret aliud detrimenti nisi temporis p̄cio  
si latissimam hanc consumptiōem. abunde  
de dyabolo satis eēt. **H**abet aliud scitote.  
habz insanabilem videndi loquendiq; in-  
terim de tactu silentiū sit) p̄iunginē. **E**ne-  
mitq; illud d̄ vidone apud poetam / berent  
infiri pectore vultus. **T**erbaq; nec placidā  
membus dat cura quietem. **C**um tamen  
in pace sit dei locus. **N**ullus idcirco mira-  
bit. si tales ad fabulas cōuersi auertuntur

a veritate. Si preterea mulieres be cariose  
 agentes sunt quales notat apostolus semper  
 discentes et nunquam ad scientiam veritatis per  
 uenientes ubi autem non est veritas sit va-  
 nitas et falsitas necesse est. Probatio spi-  
 rituum considerat unde spiritus veniat aut  
 quovadat. Itaque Bern. testatur hoc in se  
 nunquam sciri datum esse qui tamen expertus  
 se pluries afferit humiliter sancti spiritus  
 presentiam ex intimo motu cordis siue men-  
 tis. Pirabit igitur fortassis aliquis. quo pa-  
 cto persona stat inferioris dicat se frequenter  
 agnoscere. unde spiritus veniat: presertim  
 cum dixerit christus nicodemus. Hoc in-  
 quit eius audis et nescis unde veniat aut  
 quo vadat. Quid poro quod in spiritibus di-  
 versis multa in inspirationibus inuenitur  
 similitudo. Est enim spiritus deus/spiritus ange-  
 lus bonus. spiritus angelus malus. spiritus  
 humanus tam rationalis quam animalis. Pos-  
 test autem similis visio spirari per quemlibet  
 hunc spiritum suo modo. longaque tamen di-  
 uerso sed diuersitate faciliter papi quedam  
 similitudo non sinit apud inexpertos talium/  
 quod neque per seipos ex acumine ingenij. neque  
 per eruditionem in theologicis vel phisicis  
 disciplinis. neque per aliorum traditionem  
 sciunt talia distinguere. Certe nec miran-  
 dum cum pauca assus inueniantur: qui  
 plene sciunt discernere cogitationes et affe-  
 ctiones siue rationales anime ut rationales est ab  
 illis que sunt animales. vix in sensu com-  
 muni vel organo fantasie. Quae inuenies per  
 cor et timentibus deum/peccataque fugien-  
 tibus/qui semper in omnibus ad liquidum  
 prospiciat dum temptatōes viget/ si sensus  
 eorum sit tunc modo in imaginatōe vel con-  
 sensus in ratione. Adeo non facile est discer-  
 nere sensum a consensu. Quāto plus habet  
 difficultatis probatio quadruplicis primo  
 nati spiritus dum vix instinctus vni/vel  
 inspirato vehemens tangit mentem/ si sit a  
 deo vel ab angelo bono/aut malo/vel a pro-  
 prio spiritu humano. Cuius rursus sensus  
 portio duplex superior et inferior ascripta  
 est. Cuius sentire diuisionem perfecte dat  
 illud verbum dei: quod pertingit usque ad di-  
 uisionem spiritus et anime. Qualem in se  
 diuisionem passa erat que exclamauit. Da-  
 gnificat anima mea dominum. Debuit discernens

spiritum ab anima subiicit. Et exultauit  
 spiritus meus in deo saluari meo. **D**ec  
 inter sub compendio cuiusmodi notata sunt quod  
 tunc dum ad singularia descendendum erit  
 facilius hac occasione sapientiores diiudicent  
 persuasum habentes viuere hominem  
 cuius nomen sit in libro vite/ cui pluries et  
 in pluribus personis huius temporis datum est ex-  
 periri et praticare omnia que dicta sunt.

**F**init tractatus de probatione spirituum  
 magistri Johannis de Berson cancellarij  
 parisiensis in Constancia. Anno domini. M.  
 cccc. xv. in die sancti Augustini tempe ge-  
 neralis concilij inibi celebrati/ editus propter  
 aliqua que de canonisatione Brigide in pre-  
 fatio palio oriebant sub. xi. considerationibus  
 comprehensus.

### Tractatus eiusdem cancellarij parisiensis de examinatione doctrinarum.

**A**tendite a falsis prophe-  
 tis clamat christus sum-  
 mus doctor noster. Cui con-  
 sonat apostolus suus do-  
 ctor in veritate. Doctrinis  
 inquit vanis et peregrinis no-  
 lite abduci. Patres et fratres qui habet au-  
 res audiendi audiat. quia nulla monitio  
 salubrior. nulla si negligatur poterit esse pe-  
 riculosior. Quia sicut venenum corpus ene-  
 cat sic prophetie false/ sic doctrine varie et pe-  
 regne trahunt animas ad interitum/ non qua-  
 lem cumque sed eternum. Turbant insuper ec-  
 clesiam politias demum omnes tempora-  
 les et spirituales evertunt. Quapropter  
 occasionibus intra cor ab extrinsecis susceptis  
 proposuit nostra sedulitas opusculum com-  
 ponere. quadruplici modo de examinatio-  
 ne doctrinarum. Primo theologically.  
 Secundo exemplariter. Tercio phisicali-  
 ter. Quarto practicaliter. **P**rimus mo-  
 dus qui presentis est opusculi/ sex conside-  
 rationes de examinatioibus idoneis doctri-  
 narum. et totidem de examinatioibus arte pertrin-  
 get. que notantur in his versibus. **C**on alium papa  
 psul. doctor. bene doctus. Biscretor quod spi-  
 rituum de dogmate censent. Qualis sit do-  
 ctrina docet quod quod soales. **S**i finis sit sa-